

frangebat ad presens ligneas torques: & in futuræ ferreas preparabat. Semper pseudo prophetæ dulcia pollicetur: & ad modicum placent: amara est ueritas: & qui eam predicant replentur amaritudine. In azimis enim ueritatis & sinceritatis domini pascha celebrat: & cum amaritudinibus comedit. Egregia sane uox: & quam audiat sponsa Christi inter uirgines & uiduas & cælibes: unde & ipsum nomen inclutum est: quod cælo digni sint qui coitu careant: Raro ieiunare: crebrius nubite. Non enim potestis implere opera nuptiarum: nisi mulsu & carnes & nucleu sumpseritis. Viribus opus est ad libidinem. Cito caro consumpta marcessit. Nolite metuere fornicationem. Qui semel in Christo baptizatus est: cadere non potest: habet enim ad despumandas libidines solatia nuptiarum. Quod & si cecideritis: redintegrabit uos poenitentia: & qui in baptismo fuistis hypocritæ: eritis in poenitentia solidæ fidei: neque turbemini: putantes inter iustum & poenitentem aliquid interesse: humilioris gradum dare quidem ueniam: sed coronam tollere: una est enim retributio: qui ad dexteram steterit: introibit in regna cælorum. His consiliis subulci tui pastoribus nostris ditiores sunt: & hirci plurimas secum capras trahunt. Equi inlanientes in scæminas facti sunt: statim ut mulieres uiderint hinniunt: & impatientiam suam: pro nefas: scripturas solant exemplis: sed & ipsæ mulierculæ miseræ: & non miserabiles preceptoris sui uerba cantantes: quid enim nisi semet requirit deus: non solum pudicitiam: sed etiã uerecundiam perdiderunt maioriq; procacitate defendunt libidinem: quæ exercent. Habes preterea in exercitu tuo plures succenturiatos: habes scurras & uelites in presidiiis crassos: comptos: nitidos: clamatores: qui te pugnis calcibusq; defendant. Tibi cedunt de uia nobiles: tibi osculant diuites caput. Nisi enim tu uenisses: ebrii atq; ructantes paradisu intrare non poterant: macete uirtute: immo uitii: habes in castris tuis & amazonas exercitus paterfamilias es: in auariis tuis non turtures: sed upuæ nutriunt: quæ tota fetidæ uoluptatis lustra circumuolat. Me carpe: me disuice: obuice crimina quæ uolueris: arguæ luxuriæ & deliciarum. Magis me amabis: si talis fuero: ero enim de armento tuo. Sed ad te loquar: quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessionem delesti. Urbs potens: urbs orbis domina: urbs apostoli uoce laudata: interpretare uocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen est apud grecos: aut sublimitas iuxta hebræos. Serua quod diceris: uirtus te excelsam faciat: non uoluptas humilem. Maledictionem quam tibi saluator in Apocalypsi comminatus est: potes effugere per poenitentiam: habens exemplum Niniuitarum. Caue Iouiniani nomen: quod de idolo deriuatum est. Squalet Capitolium: templa Iouis & cerimonie conciderunt. Cur uocabulum eius & uitia apud te uigeant. Adhuc sub regibus: & sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiam: quæ sub consulibus Epicuri luxuriam susceperunt.

Celebs
Iouiniani doctrina

Upupa

Roma

Incipit argumentum sequentis libelli. Genadius de uiris illustribus.

Heluidius Auxentii discipulus: Symachi imitator: scripsit religionis quidem studio: sed non secundum scientiam librum: neq; sermone: neq; oratione nitidum: quo opere ita sanctarum scripturarum sensum ad suam peruersitatem flectere conatus est: ut earum testimoniis asserere uoluerit sanctam Mariam post natiuitatem domini: quem uirgo peperit: Ioseph sponso suo iunctam: & ex eius consortio filios suscepisse: qui fratres domini appellati sunt.

Heluidius

Item de eodem Augustinus de hæresibus.

Heluidianus exorti ab Heluidio. Isti uirginitati beatæ Mariæ contradicunt: ut eam post Christum alios etiam filios de uiro suo Ioseph peperisse contendant. Sed nimirum istos prætermisso Heluidii nomine antimaritas Epiphanius appellauit.

Heluidianus

Incipit Liber Beati Hieronymi aduersus Heluidium de perpetua uirginitate beatæ Mariæ. Epistola. XII.

Nuper rogatus a fratribus: ut aduersus libellum cuiusdam Heluidii responderem facere distuli. Non quod difficile fuerit hominem rusticanum: & uix quoque primis imbutum litteris super ueri assertionem conuincere: sed ne respondendo dignus fieret: qui uinceret. Huc accedebat quod uerebar ne homo turbulentus & solus in uniuerso mundo simul & laicus & sacerdos: quod ut ait ille loquacitate facundia existiat: & maledicere omnibus bone conscientie signum arbitrat: accepta materia disputandi amplius inciperet blasphemare: & quasi de sublimi loco in totum orbem ferre sententiam: meque quia ueritate non posset lacerare conuictis. Verum quia hæc omnes tam iustæ silentii mei causæ ob scandalum fratrum: qui ad eius rabiem mouebant iustiorum sine cessarunt: iam ad radices infructuosæ arboris euangelii securis est admouenda: & cum infœcunditate foliorum tradenda flammis: ut discat aliquando reticere: qui nunquam didicit loqui. Igitur sanctus mihi inuocandus est spiritus: ut beatæ Mariæ uirginitatem suo sensu ore meo defendat. Inuocandus est dominus Iesus: ut sacri uentris hospitium: cuius nouem mensibus inhabitator fuit: ab omni concubitus suspitione tueatur. Ipse quoque deus pater est imprecandus: ut matrem filii sui uirginem ostendat fuisse post partum: quæ fuit mater antequam nupta. Non rhetorici campum desideramus eloqui: non dialecticorum tediculas: nec Aristotelis spineta conquirimus: ipsa scripturarum uerba ponenda sunt: ut ipsis quibus aduersum nos usus est testimoniis reuincatur: ut intelligat se & legere potuisse quæ scripta sunt: & non potuisse quæ pietate roborata sunt cognoscere. Prima eius propositio fuit. Matthæus loquitur: Christi autem generatio sic erit. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph priusquam conuenirent inuenta est habens in utero de spiritu sancto. Ioseph autem uir eius cum esset iustus & nollet eam traducere uoluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitate: ecce angelus domini in somniis apparuit ei dicens: Ioseph fili Dauid: ne timeas accipe Mariam coniugem tuam. Quod enim natum est in ea: & de spiritu sancto est. Ecce inquit habes desponsatam non commedatam ut dicis. Et utique non ob aliud desponsatam nisi quod nupturam. Neque enim de non conuenturis euangelista dixisset: Priusquam conueniret: quia nemo de non prænupto dicit antequam præderet. Deinde ab Angelo uxorem appellatam & coniunctam. Audiamus nunquam scriptura pronunciet. Exurgens inquit Ioseph a sono fecit sicut preceperat ei Angelus domini: & accepit uxorem suam: & non cognouit eam.

Loquacitatem facundiam existimare

Inuocatio spiritus

Dialecticorum tediculas
Aristotelis spineta

Traducere ut infamare

donec peperit filium suum. Curramus per singula: & impietate illde quibus ingressa est uelignis persequentes
pugnantia inter se dixisse uerba doceamus. Desponsata confitetur: & statim uxorem uult esse quam confessus
est sponsam. Rursum qua uxore nominat: dicit non ob aliud desponsata: nisi quandoque nupturam. Et ne parum
hoc arbitremur: habes inquit desponsata non comendata. i. necdum uxorem: necdum maritali uinculo copulatam.
in eo uero quod ait: neque enim de non conuenturis euangelista dixisset: Prius quam conuenirent: quia nemo de non pra-
suro dicit ante quam pranderent: doleam ne an rideam nescio: imperitia arguam an temeritatis accuset. Quasi si quis di-
xerit ante quam in portu praderet ad africam nauigauit: non possit stare sententia: nisi in eo portu praderent quadoque
sit. Aut si uelimus dicere: Paulus apostolus ante quam ad hispanias pergeret: Roma in uincula coniectus est. Aut cer-
te illud Heluidius ante quam poenitentiam ageret morte preuentus est: statim aut paulo post uincula ad hispani-
as sit eundem: aut Heluidio poenitentia agenda post morte: Cum scriptura dicat: In inferno autem quis confitebitur tibi: aut
non potius sit intelligendum quam ante prepositio licet saepe consequentia indicet: tamen nonnunquam ea tantum quae prius cogita-
batur ostendat: unde nec necesse sit ut cogitata fiant: cum aliud ideo interuenit: ne ea quae cogitata sunt fierent.
Igitur cum euangelista dicat: Prius quam conuenirent: proximum nuptiarum tempus ostendit: & in eo iam re fuisse: ut quae
prius sponsa fuerat: esse uxor inciperet. Quasi dixerit ante quam oscula amplexusque miscerent: ante quam re ageret nu-
ptiarum: inuenta est habens in utero. Inuenta est autem a nullo alio nisi a Ioseph: qui sponsae uterum tumentem pene iam
licentia maritali & curiosis oculis deprehendit. Non tamen sequitur ut prioribus docuimus exemplis eum cum Ma-
ria conuenisse post partum: cuius conueniendi desiderium uteri conceptione sublatum est: Quod autem in sonis dicit
ad Ioseph: Ne timeas accipere Mariam uxorem tuam: & rursum: Exurgens autem Ioseph a sono fecit sicut precepit ei an-
gelus domini: & accepit uxorem suam: nullum mouere debet: quasi ex eo quod uxor est appellata sponsa esse desierit: cum
hanc esse scripturae diuinae consuetudinem nouerimus ut sponsas appellet uxores: sicut in sequentibus Deutero-
nomii testimoniis approbatur. Siquis inquit inuenit uirginem desponsatam uiro in campo: & uim faciens dormie-
rit cum ea: moriatur: quia humiliavit uxorem proximi sui. Et in alio loco. Si autem fuerit adolescentula desponsata
uiro: & inuenit homo eam in ciuitate: & dormierit cum ea: educetis utrumque ad portum ciuitatis illius: & lapidabunt
lapidibus: & morientur: Adolescentula quidem: quia non proclamauit in ciuitate: uir autem quia humiliavit uxorem
proximi sui: & eradicabitis malignum ex uobismetipsis: nec non & alibi. Et quis est ille homo cui desponsata est
uxor: & non accipiet eam? Vadat & reuertatur in domum suam: ne forte moriatur in bello: & forte homo alius acci-
piat eam. Sicut autem scrupulus commouetur quare desponsata & non potius sine sponso: siue ut scriptura appellat
marito uirgo conceperit: sciat triplicem fuisse rationem. Primo ut per genealogiam Ioseph cuius Maria cognata erat: ori-
go quoque Mariae monstraretur. Secundo ne iuxta legem Moysi ut adultera lapidaretur a populo. Tertio ut ad
aegyptum fugiens haberet solatiu custodis potius quam mariti. Quis enim in tempore illo credidisset uirgini de sancto eam
spiritu conceperit: uenisse ad eam angelum Gabrielem: dei detulisse mandatum: ac non magis quasi adultera iux-
ta exemplum Susanae sententiae omnium condemnasent: cum hodie toto iam credente mundo argumententur iudaei. Esa-
ia docente de Maria & uirginitate eius: Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium: in haebreorum iuenculam scri-
ptum esse non uirginem. i. ahalma non bethula: aduersus quos in alio loco competentijs differemus. Denique exce-
pto Ioseph & Helisabeth & ipsa Maria & paucis admodum si quos ab his audisse possumus existimare omnes le-
sum filium existimabant Ioseph: in tantum ut etiam euangelistae opinionem uulgi exprimentes quae uera historiae lex
est patrem eum dixerint Saluatoris: ut ibi: Et uenit in spiritu in templum haud dubium in Symeon. Et cum induceret pue-
rum Iesum parentes eius: ut faceret de illo secundum consuetudinem legis. Et alibi: Et erant pater illius & mater admi-
rantes super his quae dicebant de eo. & rursum: Et ibant parentes eius per annum in hierusalem in solenni die paschae. Ac
deinde: Et completis diebus cum reuerterentur remansit puer Iesus in hierusalem: & non cognouerunt parentes eius.
Ipsa quoque Maria ad Gabrielem responderat dicens: quomodo fiet hoc: quia uirum non cognoui: Quid de Ioseph
loquitur ausculta: Fili quid fecisti nobis sic: ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te. Nonne hic plerique
iudaeorum argumentantur: non enim ludentium uox est: euangelistae patrem dicunt: patrem Mariae confitetur. Non quo
ut superius indicauimus uere pater Ioseph fuerit Saluatoris: sed quo ad famam Mariae conseruandam pater sit ab om-
nibus existimatus: quod ante quam moneret ab angelo Ioseph fili David ne timueris accipere Mariam coniugem tuam: quod
enim in ea natum est de spiritu sancto est: cogitabat occulte dimittere eam: in tantum suum non esse qui conceptus fue-
rat confidebat. Sed iam satis docendi magis quam respondendi studio disputatum est: cur Ioseph pater domini: cur
Maria appellata sit coniunx: in quo & hoc breuiter continetur cur fratres eius quidam esse dicantur. Verum quia
suum locum huic quae uinculae referuamus: & ad reliqua festinat oratio: nunc illud est differendum quomodo Scrip-
tura dicat: Exurgens autem Ioseph a sono fecit sicut precepit ei angelus domini: & accepit uxorem suam & non cogno-
uit eam donec peperit filium & uocauit nomen eius Iesum: in quo primum aduersarius superfluo labore desudat cogno-
scendi uerbum ad coitum magis quam ad scientiam esse referendum: quasi hoc quisque negauerit: & eas ineptias quas redar-
guit aliquando prudens quisquam poterit suspicari. Deinde uult docere: quod donec siue usque ad uerbum certum tempus signi-
ficat: quo completo fiat id quod usque ad illud temporis quod prescriptum est non fiebat uelut in presenti. Et non cognoscebat
eam donec peperit filium. Apparet inquit cognitam esse post partum: cuius cognitionem filii tantum differerebat generatio.
Et ad hoc approbandum cogit de scripturis exempla quae plurima more andabitarum gladium in tenebris uentilatis: & lin-
guae sonum ad confodienda sui tantum corporis membra concuties. Ad quod nos breuiter rudentur: & cognoscebat & usque
sermonem in scripturis sanctis dupliciter intelligi: & de eo quod quod scriptum est cognoscebat quoque ad coitum esse refe-
rendum: ipse differuit nullo dubitate quin ad scientiam saepe referat. Ut ibi: Remansit puer Iesus in hierusalem: & non
cognouerunt parentes eius. Nunc illud est ostendendum: ut quomodo ibi consuetudinem scripturae secutus est: sic etiam
hic donec

Ante propositio

Sponsa uxores appellat

Uxor causa quare b. magis
non concepta sine marito

Ioseph pater christi

Cognoscere

Andabitis gladios

deabus

Sicut

Dono
b. 47

hic donec e iusdem scripturæ auctoritate fungat: quæ sape certū tēpus ut ipse differuit in eius assumptione si-
 gnificat: sape infinitū: ut est illud quod deus ad quosdā loquit in prophetis: Ego sū: ego sū: et donec senescatis
 ego sum. Nunquid postq̄ illi senuerint deus esse desistet: Et Saluator in euangelio ad apostolos: Ecce ego iquit
 uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cōsumationē sæculi: a discipulis dominus abscedet: et tunc quando. xii.
 solis iudicaturi sunt. xii. tribus israel domini consortio fraudabuntur: Paulus quoq; apostolus corinthiis scri-
 bens: primitiæ ait Christus: deinde hi qui sunt Christi qui in aduentu eius crediderunt: deinde finis cum tradi-
 derit regnum deo et patri: cum destruxerit omnem principatum et omnem potestatem & uirtutem. Oportet
 enim illū regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Omnia enim sub pedibus eius subiecit. Esto
 de homine dictum sit. Non negamus de eo qui passus est crucē: qui postea sedere iubetur a dextris. Quid sibi
 uult hoc quod ait: Oportet enī illū regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius: Nunquid tādū re-
 gnaturus est dominus: donec incipiant esse inimici sub pedibus eius: & postq̄ illi sub pedibus fuerint regnare
 desistet: cum utiq; tunc magis regnare incipiet: cum inimici cœperint esse sub pedibus: Dauid quoq; in quarto
 graduū psalmo. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominū deū nostrū donec mi-
 serereatur nostri. Ergo tādū propheta oculos habebit ad dominū q̄ diu misericordiā ipetret: & post ipetratā mi-
 sericordiā oculos torquebit ad terras. Qui in alio loco dicit: Oculi mei defecerunt in salutare tuū: & in uerbū
 iusticiæ tuæ. Poterā sup hoc innumerabilia exēpla cōgerere: & omnē læscens procacitatē testimoniōrū nube
 cælare. Verū adhuc pauca subiiciā: ut his similia ipse sibi lector inueniat. Loquit in Genesi sermo diuinus. Et
 tradiderunt Iacob deos alienos: qui erant in manibus eorū: & in aures qui erant in auriculis eorum. Et abscondit
 eos Iacob sub terebintū: quæ est in sicimis: & pdidit eos usq; in hodiernū diem. Item in fine deuteronomii: Et
 defunctus est Moyses seruus domini in terra modo per uerbū domini: & sepelierunt eum in geth prope domū
 phegor. & nemo scit sepulchrum eius usq; in diem istum. Certe hodiernus dies illius temporis existimandus
 est quo historia ipsa contexta est. Siue Moysen dicere uolueris auctorem pentateuci: siue Heliā eiusdē in-
 stauratorem operis nō recuso. Nunc hoc querit: ut id quod dictū est usq; i diem istum: ad illam referatur æta-
 tem qua libri editi siue conscripti sunt. Doceat igitur post illā diem tot iam ānorū usq; ad nos uoluminibus exa-
 ctis aut idola quæ sub terebinto condita fuerant reperta: aut Moysi tumulū iustigatū: quia obnixè asserit post
 donec & usq; esse inciperet: quod tādū non fuit q̄ diu usq; compleretur: & donec: quin potius animaduertat scri-
 pturæ sanctæ idioma: & nobiscū in quo hæsitabat intelligat. Intelligat ea de quibus posset ambigi si nō fuissent
 scripta significari: cætera uero nostræ intelligentiæ derelinqui. Si enim adhuc recentū tēpore uiuentibus his q̄
 uiderant Moysē sepulchrū eius potuit ignorari: multo magis tot sæculis pretereuntibus. Juxta quod & illud i-
 telligitur de Ioseph euangelistā id indicat: de quo scandalū poterat moueri non eā cognitā esse a uiro suo usq;
 ad partū: ut multo magis itelligeremus cognitā non fuisse post partū: a qua tunc se abstinuit cū adhuc de uisio-
 ne poterat fluctuare. Ad sūmam illud requiro: quare se abstinuerit Ioseph usq; ad partus diē. Respōdebit utiq;
 quia angelū audierit dicentē: Quod enī in ea natū est: de spiritu sancto est. Ad quod nos inferimus: & certe au-
 dierat Ioseph fili Dauid ne timeas accipere Mariā uxore tuā: prohibitū ei fuerat ne relinqueret: ne adulterā exi-
 stimaret uxore. Nunquid & a congressu coniugis separatus fuerat: cū utiq; ne separaret magis fuisset admo-
 nitus: Et audebat inquit uir iustus dei in utero audiens filiū de uxoris coitu cogitare: pulchre. Qui ergo sonio
 tantum credidit ut uxore non auderet attingere: is postq̄ pastorum uoce cognouerat angelū domini uenisse de
 cælis: & dixisse ad eos nolite timere: Ecce euangelizo uobis gaudium magnum: quod erit omni populo: quia na-
 tus est uobis hodie saluator: qui est Christus dominus in ciuitate Dauid & cū eo laudes militiæ concinisse cæle-
 stis. Gloria in excelsis deo: & super terram pax hominibus bonæ uoluntatis: qui Symeonem iustum inter am-
 plexus paruuli uiderat prædicantem: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace.
 Quia uiderunt oculi mei: salutare tuū: qui Annā prophetissam: magos: stellam: Herodē: angelos uiderat: qui
 inq̄ miracula tanta cognouerat: dei templū: spiritus sancti sedem: domini sui matrē audebat attingere. Et certe
 Maria conseruabat omnia uerba hæc conferens in corde suo. Ac ne impudenter neges ista ignorat: Ioseph: Et
 erant inquit Lucas pater illius & mater admirantes super his quæ dicebantur de eo: licet tu mira impudentia
 hæc in græcis codicibus falsata contendas: quæ non solū omnes pene græciæ tractatores in suis uoluminibus
 reliquerunt. Sed nōnulli quoq; e latinis ita ut in græcis habetur assumpserunt. Nec necesse est nunc de exēpla-
 riorum uarietate tractare: cū omnes & ueteris & nouæ scripturæ instrumentū in latinū sermonē exinde trās-
 tum sit: & multo purior manare credenda sit fontis unda q̄ riuū. Hæc ais apud me nugæ sunt: & argumentatio-
 nes superflua: & disputatio magis curiosa q̄ uera. Nunquid non potuit scriptura dicere: & accepit uxorem suā
 & nō fuit amplius ausus contingere eam: sicut de Thamar dixit & iuda: Aut defuerunt Matthæo uerba: quibus
 id quod intelligi uolebat posset affari: Non cognouit inquit eam donec peperit filium. Post partū ergo cogno-
 uit: cuius cognitionem ad partum usq; distulerat. Si tā contentiosus es: iā nunc tua mente superaberis. Nolo mi-
 hi aliquod inter partū & coitū tēpus interseras. Nolo dicas mulier quecūq; cōcepit & peperit masculū imūda
 erit septē diebus secundū dies secessiōis & purgationis suæ imūda erit: & octauo die circumcidet carnē preputii
 eius: & xxx. tribus diebus sedebit i sanguine puro: & oē sanctū nō tāget: & reliq;: Statū eā iuadat Ioseph: statim
 audiat p Hieremiā: Equi isaniētes i foeminas facti sūt mihi: unusq; ad uxore pximi sui hīniebat. Alioquin sta-
 re quomodo poterit: nō cognouit eā donec pepit filiū: si post purgationis tēpus expectat: si. xl. iursū diebus tā-
 to tēpore dilata libido differat: polluat cruore puerpera: obstetrices suscipiat paruulū uagiet: maritus lassā te-
 neat uxore: Sic incipiat nuptiæ: ne euangelista mētus sit. Sed absit ut hoc de matre Saluatoris & uiro iusto sit
 .xl.

Sicut hic ex græcis trāslatū sūt

Obsterrix

Uxor puerperarum

*Primogenitus
Unigenitus*

Ingenitus

existimandum. Nulla ibi obstetrix: nulla mulierularum sedulitas intercessit. Ipsa p̄nis inuoluit infantem: ipsa & mater & obstetrix fuit. Et collocauit eum inquit in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Quae sententia & apocryphorum deliramenta conuincit: dum Maria ipsa p̄nis inuoluit infantem: & Heluidii explere non patitur uoluntatem: in diuersorio locus non fuit nuptiarum. Verum quia iam satis abundeque respondi-
mus ad id quod proposuerat anteq̄ conuenirent: & non cognouit eam donec peperit filium. Ad tertiam uenie-
dum est questionem: ut iuxta disputationis eius ordinem etiam nostrae responsionis ordo procedat. Vult eni-
alios quoque filios Mariam p̄creasse: & ex eo quod scriptum est: Ascendit aut̄ Ioseph in ciuitate Dauid: ut p̄fite-
tur cum Maria uxore sua pregnante. Factum est aut̄ cum ibi essent: impleti sunt dies ut pareret: & peperit filiū
suum primogenitum. uisitur approbare primogenitū non posse dici nisi eū qui habeat & fratres: Sicut unige-
nitus ille uocet̄ qui parētibus solus sit filius. Nos aut̄ ita diffinimus. Ois unigenitus est primogenitus: non ois
primogenitus est unigenitus. Primogenitū esse non tantū post quē & alii: sed ante quē nullus. Omne inquit do-
minus ad Aaron quod aperit uulua ab omni carne quae offert̄ domino ab hoie usq; ad pecus tibi erunt. Tantū
modo precii redimant primogenita hominū & primogenita pecorū imundorum. Definuit sermo dei quid sit
primogenitū. Omne inquit quod aperit uulua. Alioquin nō est primogenitus nisi is tantū quē sequunt̄ fratres: 311
tādiu sacerdotibus primogenita non debent̄: q̄diu & alia fuerint procreata: ne forte partu postea nō sequente
unigenitus sit & non primogenitus. Redēptio inquit eius erit ab uno mense: aestimatio quinq; siclis secundū si-
clum sanctū. xx. oboli sunt. Tantūmodo primogenita uitulorū & primogenita ouiu & primogenita caprarum
nō redimes quia sancta sunt. Cogit me sermo dei: ut omne masculinū quod aperit uulua si de mūdīs aialibus sit
deo uouea: si de imūdīs redimā dans precii sacerdoti. Possum respondere & dicere: Quid me in unius mēsis strig-
gis articulo: quod primogenitū uocas: quē anteq̄ fratres sequant̄ ignoro. Expecta donec nascat̄ secundus. Nihil
debeo sacerdoti: nisi & ille fuerit p̄creatus: p̄ quē is qui ante natus est incipiat esse primogenitus. Nōne mihi ip-
sa apices loquent̄: & me stulticia redarguent eū esse dictū primogenitū: quod aperiat uulua: nō qui habeat & fra-
tres: Deniq; iterrogo de Ioāne quē constat esse unigenitū: an & primogenitus fuerit: utrū ne & ipse secundū le-
gē pro toto ei legi fuerit obnoxius: Ambigi nō potest. Certe de saluatore scriptura sic loquit̄: Cū expleti essent
dies purgationis eorū secundū legē Moysi: duxerunt eū in hiernsalē: ut offerrent eū domino: sicut scriptū est i le-
ge domini. Quia omne masculinū adaperiens uulua sanctū domino uocabit̄: & ut darent hostias secundū quod
dictū est in lege domini par turturū: aut duos pullos colūbarū. Si haec lex tantū ad primogenitos p̄inet: primo-
genitū aut̄ sequentes faciunt: nō debuit lege primogeniti teneri: qui de sequētibus ignorabat. Sed quia tenetur
lege primogeniti etiā ille quē fratres ceteri non sequunt̄: colligit̄ eū primogenitū uocari: qui uulua aperiat: &
ante quē nullus sit: non eū quē frater post genitus subsequat̄. Moyses scribit i Exodo. Factū est aut̄ circa mediā
noctē: & dominus percussit omne primogenitū in terra aegypti a primogenito Pharaonis qui sedebat sup thro-
nū eius: usq; ad primogenitū captiuā: quae est ad lacū: & omne primogenitū pecoris. Responde mihi hi q̄ tūc
ab exterminatore fuerint interēpti primogeniti fuerūt: an & unigeniti: Si primogeniti tantū illi uocant̄ q̄ fra-
tres habēt: ergo ab interēptione unigeniti liberati sunt: si aut̄ & unigeniti ceteri sūt: cōtra sententiā factū est: ut in-
ter primogenitos & unigeniti morerent̄. Aut unigenitos liberabis a p̄na & ridiculus eris: aut si cōfiteberis in-
terfectos igratis obtinebimus & unigenitos primogenitos appellari. Extrema propositio fuit (licet id ipsū i pri-
mogenito uoluerit ostēdere) fratres domini i euāgeliis nominari: ut ibi: Ecce mater eius & fratres eius stabant
foris q̄rentes loqui cū eo. Et alibi. Post haec ostēdit capharnaū ipse & mater eius & frater eius. Et ibi: Dixerunt
ergo fratres eius ad eū: Trāsi hinc: & uade i iudāā: ut & discipuli tui uideāt opera tua: quae facis. Nemo eni ali-
quid i occulto facies q̄rit ipse i palā esse: Si haec facis: manifesta te ipsū huic mūdo. Ioāne desup iherēte: Neq; eni
fratres eius tūc credebāt i eū. Itē Marcus & Matthaeus. Et docebat eos i synagoga eorū: in patria sua: ita ut stupe-
rent & dicerēt: Vnde huic haec ois sapiētia & uirtutes: Nō hic est fabri filius: nō mater eius dicit̄ Maria: & fra-
tres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas: & sorores eius omnes apud nos sunt: Lucas quoq; i actibus apo-
stolorū ita refert: Hi oēs erant istātes unanimes i oratione cū mulieribus & Maria mater Iesu & fratribus ipsius.
Nec nō & Paulus apostolus i eandē historiae ueritatē pari uoce concordat: Ascēdi aut̄ secundū reuelationē: &
nemine uidi nisi Petrū & Iacobū fratrem domini. Et rursum i alio loco. Nūquid nō habemus potestātē māducādi
& bibēdi: Nūquid nō habemus potestātē uxores circumducēdi: sicut & ceteri apostoli & fratres domini &
Cephas: Et ne forte aliquis iudeorū testimoniū non admitteret: qui etiā nomina fratrum illius ediderunt: simili
eos asserens i fratribus errore deceptos quo in patre aestimando sunt lapsi: argute precauit: & ait haec eadē uoca-
bula ab euāgelistis in alio loco nominari: & eodē esse fratres domini filios Mariae. Matthaeus loquitur: Erant
autē ibi & mulieres: haud dubiū quin ante crucē domini etiā mulieres multae a longe expectantes: quae secutae
fuerunt Iesū a galilaea ministrantes illi. Inter quas erant Maria magdalene & Maria Iacobi & Ioseph mater: &
mater filiorū zebedei. Itē Marcus: Erant autē & mulieres a longe aspicientes: inter quas erant Maria magdale-
ne & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater & Salome. Ibiq; post modicū: & aliae multae: quae ascenderant cum
eo in hierusalem. Nec non & Lucas: Erant autem Maria magdalene & Ioāna & Maria Iacobi: & ceterae cū eis.
Haec iccirco replicauimus: ne calūnietur & clamitet ea quae pro se faciant a nobis esse subtracta: & sententiā suā
nō testimoniis scripturarum sed lubrica disputatione conuulsam. Ecce inquit Iacobus & Ioseph filii Mariae
quos iudaei fratres appellauerunt: Ecce Maria Iacobi minoris & Ioseph mater: minoris autem Iacobi: ad di-
stinctionem maioris qui erat filius zebedei: sicut et in alio loco Marcus ponit: Maria autē magdalene et maria
Iacobi et Ioseph mater uiderunt ubi poneretur: et transacto sabbato emerūt aromata: et uenerūt ad monymētū &
utiq; ait:

utiq; ait. Quā miser erit & ipiū de maria hoc sentire: & cū aliā scēminā curā sepulturæ Iesu habuerint: matrē eius dicamus absentē: aut alterā esse mariā nescio quā confingamus: presertim cū euangeliū Ioannis testet presentē eā illic fuisse: quando illā de cruce dominus iā uiduā ut matrē Ioanni cōmendabat. Aut nunquid euangeli- stæ falluntur & fallunt: ut eorū mariā matrē dicerent quos iudæi fratres esse dixerunt: O furor cæcus & in pro- priū exitū mens uesana. Dicis ad crucē domini matrē eius fuisse presentē. dicis Ioanni discipulo ob uiduitatem & solitudinē cōmendatā: quali iuxta te non haberet quatuor filios & inumeras filias: quarū cōsortio frueret. Vi- duam quoq; nomias: quod scriptura nō loquit. Et cū oīa euangelistarū exēpla pponas: solius tibi Ioannis uer- ba nō cōplacent. Dicis transitorie ad crucē domini eā fuisse presentē: ne cōsulto preterisse uidearis: & tamē quæ cū illa mulieres fuerāt siles. Ignoscerē nesciēti: nisi uiderē cōsulto reticētē. Audi itaq; Ioānes quid dicat: Stabant aut iuxta crucē domini mater eius & soror matris eius Maria Cleophæ & Maria Magdalenæ. Nulliq; dubiū ē duos fuisse apostolos Iacobi uocabulo nūcupatos: Iacobū Zebedei: & Iacobū Alpei: Istū nescio quē minorē Iacobū: quē Mariæ filiū: nec tamen matris domini scriptura cōmemorat: apostolū uis esse an nō: Si apostolus ē Alpei filius erit: & credit in Iesū: & nō erit de illis fratribus de quibus scriptū est. Neq; enī tūc fratres eius crede- bant i Iesum. Si nō est apostolus: sed tertius nescio quis Iacobus: quō est frater domini putādus: & quomō terti- us ac distinctiōe maioris appellabitur minor: cū maior & minor nō inter tres sed iter duos soleāt prebere distā- tiā: & frater domini apostolus sit Paulo dicēte: Deinde post triēniū ueni hierusalē uidere Petrū: & mansi apud illū diebus. xv. aliū apostolorū uidi neminē: nisi Iacobū fratrem domini. Et i eadē epistola: Et cognita gratia quæ data est mihi Petrus & Iacobus & Ioannes: qui uidebantur colūnæ esse. Ne aut hunc putes Iacobū filiū Zebe- dei: lege actus apostolorū: iā ab Herode fuerat interēptus. restat cōclusio: ut Maria ista quæ Iacobi minoris scri- bitur mater: fuerit uxor Alpei: & soror Mariæ matris domini: quā Mariam Cleophæ Ioānes euangelista co- gnominat a patre siue a gentilitate familiæ: aut quacūq; alia causā ei nomē iponens. Si aut idē tibi alia atq; alia uidetur: q; alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater: & hic Maria Cleophæ: disce scripturæ consuetudinē eun- dē hoīem diuersis nominibus nuncupari. Raguel socer Moyli & Iethro dicitur: Gedōn nōnullis causis immu- tādī nominis ante premissis subito Hieroal legitur. Ozias rex iuda uicissim Azarias uocatur: Mons thabor thabiriū dicitur. Rursū Hermon Phœnices cognominant sanior: & Amoreus cognominat eum sanir. Eadē ca- li plaga tribus nominibus appellatur nageb themā darion. Lege Ezechiel Petrus & Simon dicitur & Cephas. Iudas Iacobi Zelotes: in alio euangelio Thadeus dicitur: Multaq; alia: quæ ad exēplum horū ipse sibi de oibus scripturis lector poterit congregare. Nūc illud est qd' conamur ostendere: ut fratres domini appellent filii ma- terteræ eius Mariæ: qui antea nō credentes postea crediderūt: licet fieri potuerit: ut uno statim credēte alii diu i creduli fuerint: & hanc fuisse matrē Iacobi & Iosephitis. i. Mariā Cleophæ uxore Alpei: hanc dictā Mariā Iacobi minoris. Quæ si esset mater domini: magis eā ut in oibus locis matrē illius appellasset: & nō aliorū: dicen- do matrē alterius uoluisset intelligi. Verū in hac parte contentiosū funē nō traho. Alia fuerit Maria Cleophæ: alia Maria Iacobi & Iosephitis: dūmō constet nō eandē Mariā Iacobi & Iosephitis esse quā matrē domini. Et un- de ais fratres domini dicti sunt: qui nō erant fratres: Iā nūc doceberis quatuor modis in scripturis diuinis frēs dici natura: gente: affectu: cognatiōe. Natura Esau Iacob. xii. p̄iarcha: Andreas & Petrus Iacobus & Ioānes. Gē- te qua oēs iudæi iter se fratres uocant: ut in deuteronomio: Si aut emeris fratrem tuū: qui est hebræus: uel quæ ē hebræa: seruiet tibi sex annis: & septio āno dimittes eū liberū abs te: & in eodē cōstituēdo: constitues sup te prin- cipē quē elegerit dominus deus tuus: eū qui ex fratribus tuis sit. Non enī poteris cōstituere sup te hoīem alieni genā: quia non est frater tuus. Et rursū: Ne uiso uitulo fratris tui uel oue eius errātibus per uia: negligas ea. Re- uersione reduces ea fratri tuo: & reddes ea fratri tuo. Quod si nō appropinquat tibi frater tuus: neq; noueris eū: colliges ea intra domum tuam: & erunt ea tecum donec querat ea frater tuus: & reddes ei. Et apostolus Paulus. Opiabam inquit ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis cognatis secundū carnem qui sunt israeli- tæ. Porro cognatione fratres uocantur: qui sunt de una familia. i. patria: quas latini paternitates interpretantur: cum ex una radice multa generis turba diffunditur: ut in Genesi. Dixit aut Abraham ad Loth: non sit rixa iter me & te: & inter pastores meos & pastores tuos: quia fratres nos sumus: ibiq; elegit sibi Loth regionem iorda- nis: & eleuauit Loth ab oriente: & discesserunt unusquisq; a fratre suo. Et certe Loth non est frater Abrahæ: sed filius fratris eius Arā. Thara q̄ppe gēuit Abrahā & Nachor & Arā & Arā genuit Loth. Et rursū: Abrahā aut erat ānoꝝ. lxxv. cum exiret de carra. Et sumpsit Abraham Saram uxore suam: & Loth filiū fratris sui. Quod si adhuc dubitas fratrem fratris filium nuncupari: accipe exemplum. Cum autem audisset Abraham: quia cap- tiuus ductus est Loth frater suus: numerauit uernaculas suos trecentos decem & octo. Et cum cædem noctur- ni impetus descripsisset: adiecit & reduxit omnem equitatum sodomorū: & Loth fratrem suum reuocauit. Suf- ficiebant hæc ad ea quæ diximus approbanda. Sed ne in aliqua cauilleris: & te quasi lubricus anguis euoluas: testimoniōꝝ stringendus es uinculis: ne querulus sibilis: & dicas te magis argumentationibus tortuosus q̄ scri- pturæ: ueritate superatum: Iacob Isaac filius ac Rebecca cum fratris insidias metuens mesopotamiam pere- pturæ: ueritate superatum: Iacob Isaac filius ac Rebecca cum fratris insidias metuens mesopotamiam pere- xisset: accessit & deuoluit lapidem ab ore putei: & aduocauit oues Laban fratris matris suæ. Et osculatus est Iacobi Rachel: & exclamans uoce sua plorauit: & indicauit Rachel quia frater est patris eius: & quia filius Re- beccæ est. Ecce & hic eadem lege qua frater sororis filius appellatur. Et iterum. Dixit autem Laban ad Iacob: Quoniam frater meus es: non seruiet mihi gratis. Dic mihi quæ sit merces tua. Expletis itaq; xx. annis cum ignorante socero uxoribus filiisq; comitatus reuerteretur ad patriam: consecutus est eum Laban in monte ga- laad. Et cū idola quæ Rachel occultabat quæ sita non inuenisset in sarcinis: respondit Iacob: & dixit ad Laban.

Maior de duobus dicitur Minor

Petrus Simon Cephas Iudas Iacobus Zelotes

constat esse fratrem nō traho

Fratres quatuor matris dicitur

Anathema atq; anathema sunt frater tuus est in apud septuaginta etc. uelut in anathema sunt fratres

testimoniōꝝ uinculis stringendus es.

Quare culpa mea est: & quod delictum meum: & quare persecutus es me: & quare scrutatus es omnia uasa mea: Quid inuenisti de omnibus rebus tuis: Pone hic in conspectu fratrum tuorum: & fratrum meorum: & redarguent inter nos duos. Responde qui sint isti fratres Iacob & Laban: qui tunc fuerant in presenti. Esau certe frater Iacob absens erat: & Laban filius Bathuel fratres excepta sorore Rebecca non habuit. Innumerabilia sunt istiusmodi libris inserta diuinis. Sed ne longum faciam: ad extremam diuisionis partem reuertar. i. & affectum fratres dici: qui in duo scinditur. in spiritale & in comune. In spiritale: quia omnes christiani fratres uocantur: ut ibi Ecce quod bonum & quod iocundum habitare fratres in unum. Et in alio psalmo saluator: Narrabo inquit nomen tuum fratribus meis. Et alibi: Vade dic fratribus meis. Porro in comune: quia omnes homines in comune ex uno patre nati pari germanitatis coniungimur. Dicite ait his qui oderunt uos: fratres nostri estis. Et apostolus ad Corinthios: Siquis frater nominatur fornicator: aut auarus: aut idolis seruicus: aut maledicus: aut ebriosus: aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere: & cetera his similia. Interrogo nunc iuxta quem modum fratres domini in euangelio intelligas appellari: iuxta naturam. Sed scriptura non dicit: nec Mariam eos uocans filios & Ioseph iuxta gentem. Sed absurdum est ut pauci ex iudeis uocati sint fratres: cum omnes qui ibi erant hac lege iudei fratres potuerunt appellari: iuxta affectum humani iuris ac spiritus. Verum si sic quod magis fratres quam apostoli quos docebat intrinsecus: quos matres uocabat & fratres. Aut si omnes quia homines fratres stultum fuit nunciari quasi proprium: ecce fratres tui querentes te: cum generaliter omnes homines hoc iure sint fratres. Restat igitur ut iuxta superiorum expositionem fratres eos intelligas appellatos cognatione: non affectu: non gentis priuilegio: non natura. Quomodo Loth Abraham: quomodo Iacob Laban est appellatus frater: quomodo & filia Saphaad accipiunt de se inter fratres suos: quomodo & Abraham ipse Sara sororem suam habuit uxorem. Etenim ait. Vere soror mea est de patre: sed non de matre: id est fratris est filia non sororis. Alioquin quale est ut Abraham uir iustus patris sui filiam coniugem sumpserit: cum in primis hominibus propter aurium sanctitatem id ipsum scriptura non nominet male intelligi quod profertur: & deus lege postea sanciat & minet: qui acceperit sororem suam de patre suo uel de matre sua: & uiderit turpitudinem eius. & in ipsa uiderit turpitudinem illius: obprobrium est: exterminabuntur coram filiis generis sui: turpitudinem sororis suae detexit: peccatum suum accipient. Imperitissime hominum ista non legeras & toto scripturarum pelago derelicto ad iniuriam uirginis tuam rabiem contulisti: exemplum eius quod fabula ferunt: cum uulgo esset ignotus & nihil boni posset facinoris excogitare: quo nobilis fieret Diana incendisse templum: & nullo prodente sacrilegium fertur ipse in medium processisse clamitans sese incendium subiecisse: sciscitantibus ephesi principibus quam ob causam hoc facere uoluisset: respondisse ut quia bene non poterat: omnibus male innotescere. Et hoc quidem graeca narrat historia. Tu uero templum dominici corporis succendisti: tu contaminaisti sanctuarium spiritus sancti: ex quo uis quadrigam fratrum & sororum processisse congerere. Denique cum iudeis uoce sociata dicis: Nonne hic est fabri filius: Nonne mater eius dicitur Maria: & fratres eius Iacobus & Ioannes & Simon & Iudas: & sorores eius omnes apud nos sunt: Omnes nisi de turba non dicitur. quis te oro ante hanc blasphemiam nouerat: quis diuicio supputabat: Consecutus est quod uolebas: nobilis es factus in scelere. Ego ipse qui contra te scribo: cum in eadem urbe tecum consistam: quare balbutis & erubescis: albus ut aiunt ater ueris nescio. Praetermitto uicia sermonis: quibus omnis liber tuus scatet. Taceo ridiculum exordium. O tempora: o mores. Non quero eloquentiam: quam ipse non habens in fratre Craterio requisisti. Non in quam flagito linguam nitorem: animam quero pietatem. Apud christianos autem sollicitissimus est magnus & uitium turpe quid uel narrare uel facere. Ad calcem uenio: & te cornuta interrogatio concludo. sicque tecum agam: quasi superius nihil egerim. eodemque modo dictos esse fratres domini: quo Ioseph dictus est pater. Ego inquit & pater tuus dolentes querebamus te. Mater haec loquitur: non iudei & ipse euangelista referens: Et erant pater & mater illius admirantes super his quae dicebantur de eo & his similia quae iam enumerauimus: in quibus parentes uocabantur. Ac ne forte de exemplariorum ueritate causeris: quia tibi stultissime persuasisti graecos codices esse falsatos: ad Ioannis euangelium uenio: in quo plenissime scribitur: Inuenit Philippus Nathanael. & ait illi: Quem scripsit Moyses in lege: & propheta: Inuenimus Iesum filium Ioseph a nazareth. Certe hoc in tuo codice continetur. Responde mihi quomodo Iesus sit filius Ioseph: quem constat de spiritu sancto esse procreatum. Vere Ioseph pater fuit: quis sic hebes dicere non audebis. An putabatur: Eodem modo testimentur & fratres: quo testimatus est & pater. Sed quoniam iam e cautibus et confragosis locis enauigauit oratio: pandenda sunt uela: et in epilogos illius irruendum: in quibus sciolus sibi uisus Tertullianum in testimonium uocat: et Victorini pictauiensis episcopi uerba proponit. Et de Tertulliano quidem nihil amplius dico quam ecclesiae hominem non fuisse. De Victorino uero id assero: quod et de euangelistis fratres eum dixisse domini non filios Mariae. Fratres autem eo sensu quem superius exposuimus propinquitate: non natura. Verum nugas terimus: et forte ueritatis omisso: opinionum riuulos conlectamur. Nunquid non possum tibi totam ueteris scripturae gratiam commouere: Egnatium: Polycarpum: Hirenatum: Iustinum martyres: multosque alios apostolicos & eloquentes uiros: qui aduersus Hebionem et Theodotum byzantium: Valentinum haec eadem sentientes plena sapientiae uolumina conscripserunt: quae si legisses aliquando plus saperes. Sed melius puto breuiter ad singula respondere: quam diutius imorando uolumen extendere. In illud nunc impetum facio in quo tu uirginitatem & nuptias comparando: disertus esse uoluisti. Risimus in te proverbium: camelum uidimus saltitantem. Dicis: Nunquid meliores sunt uirgines Abraham Isaac & Iacob: qui habuere coniugia: Nunquid non quotidie dei manibus paruuli finguntur in uentribus: ut merito erubescere debeamus Mariam nupsisse post partum: Quod si hoc illis turpe uideatur: superest ut non credant etiam deum per genitalia uirginis natum. Turpius est enim iuxta eos deum per uirginis pudenda genitum: quam uirginem suo uiro nupsisse post partum. Junge si libet & alias naturae contumelias nouem mensibus uterum insolecete: fastidia: partum sanguinem: panos. Ipse tibi describat infans tegmine membranae solito conuolutus

Faci spirituales

Abraham filia in uxore dicitur

Erasmus sceleris nobilitas

*Quadrige fratrum
Omnes de multis dicitur
Eius te diuicio supputabat
Albus ut aiunt ater ueris nescio*

Cornuta interrogatio

*Parabola sunt uela
Stichus Heluandus
Tertullianus*

Camelum uidimus saltitantem

*Membrana in plura dicitur
Serrata a medicis
Serrata quia finguntur
et infans in uero*

De virginibus b. Maria

conuolutus. Ingerantur dura presepia: uagitus paruuli: octaua diei circuncisionis: tempus purgationis: ut probe
 tur imundus. Non crubescimus: non silemus. Quanto sunt humiliora quae pro me passus est: tanto plus illi de
 beo. Et cum oia replicaueris: cruce nihil contumeliosius proferes: quam profiteremur & credimus: & in qua de ho-
 stibus triumphamus. Sed ut haec quae scripta sunt non negamus: ita ea quae non sunt scripta renuimus. Natu deum
 esse de uirgine credimus: quia legimus: Mariam nupsisse post partum non credimus: quia non legimus. Nec hoc
 ideo dicimus: quo nuptias cōdemnemus (ipsa quidem uirginitas fructus est nuptiarum) sed quod nobis de sanctis
 uiris temere aestimare nihil liceat. Possumus enim hac aestimationis possibilitate cōcedere plures quoque uxores
 habuisse Ioseph: quia plures habuerit Abraham: plures habuerit Iacob: & de his esse uxoribus fratres domini: quod
 plerique non tam pia quam audaci temeritate confingunt. Tu dicis Mariam uirginem non permāsisse. ego mihi plus uēdico
 etiam ipsū Ioseph uirginem fuisse per Mariam: ut ex uirginali coniugio uirgo filius nasceretur. Si enim in uirū san-
 ctū fornicatio non cadit: & aliam eū uxorem habuisse non scribit: Mariam autem quam putatus est habuisse: custos potius
 fuit quam maritus: Relinquitur uirginem eū māsisse cū Maria: qui pater domini meruit appellari: & quia de cōpa-
 ratione uirginitatis & nuptiarum sū aliqua dicturus: obsecro lecturos: ne me putent nuptiis detraxisse in uirgi-
 num laude: & aliquā fecisse distantiam: inter sanctos ueteris testamēti & noui. i. inter eos qui habuere cōiugia: &
 hos qui a cōplexu mulierum penitus recesserunt. Verū pro conditiōe tēporis aliam eos tunc subiactū sententiā: &
 aliam nos: in quos fines saeculorum decurrerūt. Quādiu lex illa permāsit: Crescite & multiplicamini & replete ter-
 rā: & maledicta sterilis quae non parit semen in israel: nubebant oēs: & nubebant: & derelictis parētibus siebant
 una caro. Quādo uero uox illa peritonuit: Tēpus breuiatū est: reliquū est: ut qui habēt uxores sic sint quasi non
 habentes: adherentes domino unus cū eo efficiuntur spiritus & quare: quia sine uxore est: & cogitat ea quae dei
 sunt quomodo placeat deo. Qui autem cū uxore est: sollicitus est quae sūt huius mundi: quomodo placeat uxori. Et di-
 uisa est mulier: & uirgo quae non est nupta: cogitat quae sunt dei: ut sit sancta corpore & spiritu. Nā quae nupta
 est: cogitat quae sunt mundi: quomodo placeat uiro. Quid oblatras: Quid repugnas: Vas electionis haec lo-
 quitur: Diuisa est dicens mulier & uirgo. Vide quantae felicitatis sit quae & nomen sexus amiserit uirgo: iam mu-
 lier non uocatur. Quae non est nupta cogitat quae sunt domini: ut sit sancta corpore & spiritu. Virginis diffini-
 tio sanctam esse corpore & spiritu. quia nihil profit carnem habere uirginem: si mente quis nupsit. Quae ue-
 ro nupta est cogitat quae sunt mundi: quomodo placeat uiro. Idem tu putas esse diebus & noctibus uacare ora-
 tioni: uacare ieiuniis. & ad aduentum mariti expolire faciē: gressum frangere: simulare blanditias. Illa hoc agit
 ut turpior appareat: & naturae bonū infuset iniuria. Haec ad speculum pingitur: & in contumeliam artificis co-
 natur pulchrior esse quam nata est. Inde infantes garrunt: familia perstrepat: liberi ab oculis & ab ore dependent:
 cōputantur sumptus: impendia preparantur. hinc cocos: accincta manus carnes terit: hinc textricū turba com-
 murmurat. nunciatur interim uir uenisse cum sociis. Illa ad hirundinis modū lustrat uniuersa penetralia: si tho-
 rus rigeat: si pauimenta uerterint: si ordinata sint pocula: si prandiū preparatum. Responde quae so iter ista ubi
 sit dei cogitatio: & haec felices domus. Caeterum ubi tympana sonant: tibia clamat: lyra garrit: cymbalū concre-
 pat: quis ibi dei timor? Parasitus in contumeliis gloriatur: ingrediuntur expositae libidinum uictimae. & tenuita-
 te ueluti nudae impudicis oculis ingeruntur. His in foelix uxor aut laetatur aut perit: aut si tristatur offendit ma-
 ritus & hinc iurgia concitantur: hinc discordia seminariū repudiū: Aut si aliqua inuenitur domus: in qua ista
 non fiant: quae tamen rara est: ipsa dispensatio domus: liberorum educatio: necessitates mariti: correctio seruulo-
 rum: quae a dei cogitatione non auocent. Defecerunt inquit scriptura Sarae muliebria: post quod dicitur ad Abra-
 ham: Omnia quaecūque dicit tibi Sara audi uocem eius: quae non est in partus anxietatibus & dolore: quae defi-
 cientibus mēstrui cruoris officiis mulier esse desistit: a dei maledictione fit libera. nec est ad uirū cōuersio eius:
 sed e contrario uir subiicitur ei: & domini uoce precipitur: Oia quaecūque tibi dicit Sara audi uocem eius: & sic i-
 cipiunt uacare orationi: quia quādiu in coniugio debitum soluitur: orandi preteritur instantia. Non negamus ui-
 duas: non negamus maritatas sanctas mulieres inueniri: sed quae uxores esse desierint: quae in ipsa necessitate cō-
 iugii imitantur uirginum castitatem. Hoc est quod apostolus breuiter Christo in se loquente testatus est: nup-
 ta cogitat quae sunt mundi: quomodo placeat uiro: nobis super hoc campū intelligentiae dereliquens. Neque ta-
 men alicui necessitatē imponit aut laqueum: sed id quod honestum est suadet: uolens omnes esse sicut seipsum
 & quāquā de uirginitate domini preceptum non habeat: quia ultra hoies est: & quodammodo impudens erat aduer-
 sum naturam cogere: alioque modo dicere: Volo uos esse quod angeli sunt: Vnde & uirgo maioris est meriti: dū
 id contennit: quod si fecerit non delinquit: nihilominus in coherentibus infert: Consiliū autem do tanquam miseri-
 cordiam consecutus a domino: ut sum fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem:
 quia bonum est homini sic esse. Quae est ista necessitas? Ve pregnantibus & nutrientibus in illa die. Ideo silua
 succrescit: ut postea recidatur. Ideo ager seritur ut metatur. Jam plenus est orbis: nos non capit: quotidie bella
 secant: morbi subtrahunt: naufragia absorbent & nihilominus de terminis litigamus. De hoc numero sunt illi
 qui agnum sequuntur: qui uestimenta sua non coinquinauerunt. uirgines enim permanserunt. Obserua quid
 significet coinquinauerunt: Ego non audeo exponere. ne heluidius calūnietur. Quod autem ais quosdam esse
 se uirgines tabernarias: ego tibi plus dico esse in his & adulteras: & quod magis mireris clericos esse caupones:
 & monachos impudicos. Sed quis non statim intelligat: nec tabernariam uirginem: nec adulterum monachū:
 nec clericum posse esse cauponem? Nunquid uirginitas est culpa? Sed simulator uirginitatis in crimine est.
 Ego certe ut aliis personis pretermissis ad uirginem ueniā: quae institorias exercet artes: nescio an corpore quod
 scio spiritu uirgo non permanet. Rhetorici sumus: & in morem declamatorum paululum lusimus. Tu nos Hel-
 c ii .xlii.

*Ioseph uirgo custos Mariae
potius quam maritus.*

Virginis definitio

Molestie nuptiarum

*Discordia seminarii repudiij
Heresuatores*

Campus intelligentiae

Tabernaria uirgo

Institories artes

Rhetorici sumus

uidi coegisti: qui iam euangelio coruscante eiusdem uis esse gloriae uirgines & maritatas. Et quia arbitror te ueritate superatum ad detractionem uitae meae & ad maledicta conuerti (solent enim hoc & mulierculae facere: quae uictoribus dominis male optant in angulis) illud dico preueniens gloriae mihi fore tua conuicia: cum eodem quo Mariae detraxisti ore me laceres: & caninam facundiam seruus domini pariter experiatur & mater.

Argumentum sequentis Libelli excerptum ex Gennadio de uiris illustribus.

Uigilantius presbyter natione Gallus hispaniae barcelonensis ecclesiam parochiam tenuit. Scripsit & ipse quidem zelo religionis: aliqua, sed uictus studio humanae laudis: & presumens supra uires suas: homo lingua politus: non sensu scripturae exercitatus: exposuit prauo ingenio secundam Danielis uisionem: factorum quoque reliquias minime uenerandas: uigilias non custodiendas: & alia locutus est friuola: quae in catalogo haereticorum necessario exponuntur.

Beati Hieronymi Presbyteri in Vigilantium haereticum.

Multa in orbe monstra generata sunt: Centauros & sirenas: ululas & onocrotalos in Esaiam legimus. Iob Leuiathan & Behemoth mystico sermone describit. cerberus & symphalidas apertum erimantium & leonem nemurum: chimeram atque hydram multorum capitum narrant fabulae poetarum. Cacum describit Virgilius, triformem geryonem hispaniae perdidit. Sola Gallia monstra non habuit: sed uiris semper fortibus & eloquentissimis abundauit. Exortus est subito Vigilantius seu uerius dormitatus: qui in mundo spiritu pugnet contra Christi spiritum & martyrum neget sepulchra ueneranda danandas dicat esse uigilias: nunquam nisi in pascha alleluia cantandum continentiam haeresim: pudicitiam libidinis seminari. Et quomodo Euphorbus in Pythagora renatus esse perhibetur: sic & in isto Iouiniani mens praua surrexit: ut & in illo & in hoc diaboli respondere cogamur insidiis, cui iure dicitur. Semen pessimum para filios tuos occisioni peccati patris tui. Ille romanae ecclesiae auctoritate danatus inter phasides aues & carnes suillas non tam emisit spiritum quam eructa uit. Iste caupo callaguritanus & in peruersum propter nomen uituli mutus Quintilianus miscet aquam uino: & de artificio pristino suae uenena perfidiae catholicae fidei sociare conatur: impugnare uirginitatem: odisse pudicitiam: in conuiuio saecularium contra sanctorum ieiunia proclamare: dum inter phialas philosophatur: & ad placet liguriens: psalmodum modulatione mulcet: ut tantum inter epulas Dauid & Idithim & Asaph & filiorum Chore cantica audire dignetur. Haec dolentis magis effudi animo quam ridens: dum me cohibere non possum: & iniuriam apostolorum ac martyrum surda nequeo aure transire. Proh nefas episcopos sui sceleris dicitur habere consortes: si tamen episcopi nominandi sunt: qui non ordinant diaconos: nisi prius uxores duxerint: nulli caelibus credentes pudicitiam: imo ostendentes quam sancte uiuant: qui male de omnibus suspicantur: & nisi pregnantes uxores uiderint clericorum: infantemque de uenis matrum uagientes: Christi sacramenta non tribuunt. Quid facient orientis ecclesiae: quid aegypti & sedis apostolicae: quae aut uirgines clericos accipiunt: aut continentes: aut si uxores habuerint: mariti esse desistunt: Hoc docuit dormitatus: libidini frena permittens: & naturale carnis ardorem qui in adolescentia plarumque feruescit suis hortatibus duplicans: imo extinguens coitu foeminae: ut nihil sit: quo distemus a porcis: quo differamus a brutis animantibus: quo ab equis: de quibus scriptum est: Equi insanientes in foeminas facti sunt mihi: unusquisque in uxorem proximi sui hinniebat. Hoc est quod loquitur per Dauid spiritus sanctus: Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus. Et rursum de dormitatio & sociis eius: In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. Sed iam tempus est: ut ipsius uerba ponentes ad singula respondere nitamur. Fieri enim potest: ut rursum malignus interpres dicat fictam a me materiam. cui rhetorica declamatione respondeam: sicut illa quam scripsi ad Galliam: matri & filiae inter se discordantibus. Auctores sunt huius dictatiuulae meae sancti presbyteri Riparius & Desiderius: qui parochias suas uicinia istius scribunt esse maculatas. miseruntque libros per fratrem Sisinnium: quos inter crapulam stertens euomit: & asserunt repertos esse nonnullos: qui fauentes uitiis suis: illius blasphemias acquiescant. Est quidem imperitus: & uerbis & scientia & sermone inconditus: nec uera quidem potest defendere. Sed propter homines saeculi & mulierculas oneratas peccatis: semper discentes: & nunquam ad scientiam peruenientes: una locubratiuula illius ueniis respondebo: ne sanctorum uirorum qui ut haec facerem: me deprecati sunt: uidear litteras respuisse. Nimirum respondet generi suo: ut qui de latronum & conuenarum natus est semine: quos consul Pompeius edomita hispania: & ad triumphum redire festinans: de pirenaei iugis deposuit: & in unum oppidum congregauit unde & conuenarum urbs nomen accepit. Hucusque latrocinetur contra ecclesiam dei: & de Teutonibus aruis celtiberisque descendens incurset Galliarum ecclesias: portetque nequaquam uexillum Christi: sed insigne diaboli. Fecit hoc idem Pompeius etiam in orientis partibus: ut Cilicibus & Isauris pyratibusque superatis: sui nominis inter Ciliciam & Isauriam conderet ciuitatem. Sed haec urbs hodie seruat scita maiorum: & nullus in ea ortus est dormitatus. Galliae uernaculum hostem sustinent: & hominem moti capitis: atque Hippocratis uinculis alligandum: sedentem cernunt in ecclesia: & inter caetera uerba blasphemiae: ista quoque dicentem: Quid necesse est te tanto honore non solum honorare: sed etiam adorare illud nescio quid: quod in modico uasculo transferendo colis? Et rursum in eodem libro. Quid puluerem linthamine circumdatum adorando oscularis? Et in consequentibus prope ritum gentiliu uidemus sub pretextu religionis introductum in ecclesiis sole adhuc fulgere: moles caereorum accendi: & ubicumque puluisculum nescio quid in modico uasculo precioso linthamine circumdatum osculantes adorant. Magnum honorem prebent huiusmodi homines beatissimos martyribus: quos putant de uilissimis caereolis illustrandos: quos agnus qui est in medio throni cum omni fulgore maiestatis suae illustrat. Quis enim o insanum caput aliquando martyres adorauit: quis hominem putauit deum: nonne Paulus & Barnabas: cum

Ab Insuper uirgines. laudes.

Comuna

nabas: cum a Lycaonibus Iupiter & Mercurius putarentur: & eis uellent hostias immolare: sciderunt uestimenta sua & se homines esse dixerunt: non quod meliores non essent olim mortuis hominibus Ioue atque Mercurio: sed quod sub gentilitatis errore honor eis deo debitus deferretur. Quod & de Petro legimus: qui Cornelium se adorare cupientem: manu subleuauit: & dixit: Surge, nam & ego homo sum. Et audes dicere illud nescio quid quod in modico uasculo transferendo colis: Quid est illud nescio quid: scire desidero: Expone manifestius: ut tota libertate blasphemus puluisculum nescio quid in modico uasculo precioso lintheamine circumdatum. Dolet martyrum reliquias precioso operiri uelamine: & non uel pannis uel cilicio colligari: uel proiici in sterquilinum: ut solus Vigilantius hebraeus & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus quando apostolorum basilicas igre dimur: Sacrilegus fuit Constantinus imperator: qui sanctas reliquias: Andreæ, Lucae & Timothei transtulit constantinopolim: apud quas demones rugiunt: & habitatores Vigilantii illorum se sentire presentiam confitentur: Sacrilegus dicendus est & nunc Augustus Arcadius: qui ossa beati Samuelis longo post tempore de iudæa transtulit thraciã. Oes episcopi non solum sacrilegi sed & fatui iudicandi: qui rem uilissimã & cineres dissolutos in serico & uase aureo portauerunt: Stulti omnium ecclesiarum populi: qui occurrerunt sanctis reliquiis: & tanta lætitia sunt iocundati: quasi presentem uiuentemque prophetam cernerent: atque susciperent ut de Palæstina usque ad chaldonem iungerent populorum examina: & in Christi laude una uoce resonarent: Videlicet adorabant Samuelē & non Christum: cuius Samuel & leuita & prophetes fuit: Mortuum suspicaris: & iccirco blasphemus. Lege euangelium. Deus Abraham, deus Isaac: deus Iacob: non est deus mortuorum: sed uiuorum. Si ergo uiuunt: honesto iuxta te carcere non claudunt. Ais enim uel in sinu Abraham: uel in loco refrigerii: uel subter aram dei ante apostolorum & martyrum condidisse: nec posse de suis tumulis & ubi uoluerint adesse presentes. Senatoria uidelicet dignitas sunt: & non inter homicidas terribilissimo carcere: sed in libera honestaque custodia in fortunatorum insulis & in cæcis elysiis recludantur. Tu deo leges pones: Tu apostolis uincula iniicies: ut usque ad diem iudicii teneantur custodia: nec sint cum domino suos de quibus scriptum est. Sequitur agnum quocumque uadit. Si agnus ubique: ergo & hi qui cum agno sunt ubique esse credendi sunt: Et cum diabolus & demones toto uagentur in orbe: & celeritate nimia ubique presentes sint: martyres post effusionem sanguinis sui ara operientur inclusi: & inde exire non poterunt. Dicis in libello tuo: quod dum uiuimus: mutuo pro nobis orare possumus. postquam autem mortui fuerimus nullius sit pro alio exaudienda oratio. presertim cum martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes impetrare non quierint. Si apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris: quando pro se adhuc debent esse solliciti: quanto magis post coronas uictorias & triumphos. Unus homo Moyses sexcentis milibus armatorum impetrat a deo ueniam: & Stephanus imitator domini sui: & primus martyr in Christo: pro persecutoribus ueniam deprecatur: & postquam cum Christo esse coeperint: minus ualebunt. Paulus apostolus ducenta septuaginta sex sibi dicit in nauis animas condonatas & postquam resolutus esse coeperit cum Christo: tunc ora clausurus est: & pro his qui in toto orbe ad suum euangelium crediderunt: mutire non poterit. Meliorque erit Vigilantius canis uiuus: quam ille leo mortuus. Recte hoc de ecclesiaste proponere: si Paulum in spiritu mortuum confiterer. Denique sancti non appellantur mortui: sed dormientes. Unde & Lazarus qui resurrecturus erat dormisse prohibetur: & apostolus uetat thessalonicenses de dormientibus contristari. Tu uigilans dormis: & dormiens scribis: & proponis mihi librum apocryphum: qui sub nomine Esdræ a te & similibus tui legitur: ubi scriptum est: quod post mortem nullus pro aliis audeat deprecari: quem ego librum nunquam legi. Quid enim necesse est in manus sumere: quod ecclesia non recipit: Nisi forte balsamum mihi & barbellum & thesaurum Manichæi: & ridiculum nomen Leusiboræ proferas: & quia ad radices pyrenæi habitas: uicinusque es Hiberiæ Basilidis antiquissimi hæretici & iperitiæ scientiæ: incredibilia portenta persequeris: & proponis quod totius orbis auctoritate dannat. Nam in comentiolo tuo: quasi pro te faciens de Salomone sumis testimoniū: quod Salomon omnino non scripsit: ut qui habes alterum Esdræ: habeas & Salomonem alterum: & si tibi placuerit: legito fictas reuelationes omnium patriarcharum & prophetarum: & cum illas didiceris inter mulierum textrinas cæto: imo legendas propone in tabernis tuis: ut facilius per has uenias uulgus indoctum prouoces ad bibendum. Cæceos autem non clara luce accendimus: sicut frustra caluniaris sed ut noctis tenebras hoc solatio temperemus: & uigilemus ad lumen: ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui propter imperitiam & simplicitatem secularium hominum: uel certe religiosarum sceminarum: de quibus uere possumus dicere: confiteor zelum dei habent: sed non secundum scientiam: hoc pro honore martyrum faciunt: quid inde perdis? Causabantur quondam & apostoli: quod periret unguentum sed domini uoce correpti sunt. Neque enim Christus indigebat unguento: nec martyres lumine cæcorum: & tamen illa mulier in honore Christi hoc fecit: deuotioque mentis eius recipitur. Et quicumque accendunt cæceos secundum fidem suam habent mercedem: dicite apostolo: unusquisque in suo sensu abundat. Idolatras appellas huiusmodi homines: Non diffiteor omnes nos qui in Christo credimus: de idolatriæ errore uenisse: Non enim nascimur: sed renascimur christiani. Et quia quondam colebamus idola: nunc deum colere non debemus: ne simili eum uideamur cum idolis honore uenerari. Illud fiebat idolis: & iccirco detestandum est. hoc fit martyribus: & iccirco recipiendum est. Nam & absque martyrum reliquiis: per totas orientis ecclesias quando legendum est euangelium: accedunt lumina iam sole rutilante: non utique ad fugandas tenebras: sed ad signum lætitiæ demonstrandum: Unde et uirgines ille euangelicæ semper habent accensas lampades suas. Et ad apostolos dicitur. Sint lumbi uiri precincti: et lucernæ ardentes in manibus uestris. Et de Ioanne baptista. Ille erat lucerna ardens et lucens: ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur: de qua in psalterio legimus: Lucerna pedibus meis uerbum tuum domine: et lumen semitis meis. Male facit ergo romanus episcopus: quod super mortuorum hominum Petri et Pauli secundum nos ossa ueneranda: secundum te uile puluisculum offert domino sacrificia: et tumulos eorum Christi arbitrat altaria: Et non

solum unius urbis: sed totius orbis errant episcopi: qui cauponē Vigilantiū cōtēnentes: ingrediuntur Basilicas mortuorū: i quibus puluis uilissimus & fauilla nescio quæ iacet lintheamic colligata: ut polluta oīa polluat: & quasi sepulchra pharisaica foris dealbata sint: cū intus imūdo cinere iuxta te imunde oīa oleāt atq; sordeāt: Et post hæc de barathro pectoris tui cœnosā spurcitiā euomens audes dicere. Ergo cineres suos amant aīa martyꝝ: & circūuolant eos: sempq; presētes sūt: ne forte si aliquis peccator aduenerit: absentes audire nō possint. O portentū in terras ultimas deportandū. Rides de reliquiis martyꝝ: & cū auctore huius hærescos Eunomio: ecclesiis christi calūniā struis: nec tali societate terreris: ut eadē cōtra nos loqueris: quæ ille cōtra ecclesiā loquitur. Oēs enī sectatores eius basilicas apostolorū & martyꝝ nō ingrediūtur: ut scilicet mortuū adorent Eunomiū: cuius libros maioris auctoritatis arbitrant q̄ euāgelia: & in ipso credūt esse lumen ueritatis: sicut aliæ hæreses paraclitum in Montanū uenisse contēdūt & Manichæū ipsū dicunt esse paraclitū. Scribit aduersū hæresim tuā: quæ olim erupit aduersū ecclesiā ne & in hoc quasi repertor noui sceleris glorieris: Tertullianus uir eruditissimus i-
Tertullianus
signe uolumen qd' scorpia cū uocat rectissimo nomine: quia arcuato uulnere in ecclesiæ corpus uenena diffudit: quæ olim appellabatur caicia hæresis & multo tēpore dormiens uel sepulta: nunc a dormitatio suscitata est miror q; nō dicas nequaquā perpetranda martyria: deū enī qui sāguinē hircoꝝ taurorūq; non querat: multo magis hominū nō requirere. Quod cū dixeris: imo & si nō dixeris ita habebis quasi dixeris. Qui enī reliquias martyꝝ asseris calcandas esse. phibes sanguinē fūdi: qui nullo honore dignus est: De uigiiliis & pnoctatiōibus in basilicis martyꝝ sæpe celebrādis i altera epistola quā ferme ante biēniū sancto ripario presbytero scripserā respōdi breuiter. Quod si ideo eas æstimas respūdas: ne sæpe uideamur pascha celebrare: & nō solennes post annū exercere uigilias: ergo & die dominico nō sūt Christo offerēda sacrificia: ne resurrectionis domini crebro pascha celebremus: & icipiamus nō unū pascha habere: sed plurima. Error autē & culpa iuuenū uilissimarūq; mulierū: qui p noctē sæpe deprehendit: nō est religiosus hoibus iputandus: quia & uigiiliis paschæ tale quid fieri plarūq; cōuincitur: & tamē paucorū culpa nō preiudicat religioni: qui & absq; uigiiliis presēte errare uel i suis uel i alienis domibus. Apostolorū fidē Iudæ perditio nō destruxit. Et n̄as ergo uigilias malæ aliorū uigiilia non destruent: quin potius pudicitia uigilare cogant: qui libidini dormiunt. Quod enī semel fecisse bonū est: non potest malū esse si frequenter fiat aut si aliqua culpa uitāda est. nō ex eo q; sæpe: sed ex eo quod fit aliquando: culpabile est. nō uigilemus itaq; diebus paschæ: ne expectata diu adulterorū desideria cōpleantur: ne occasione peccandi uxor inueniat: ne maritali nō possit recludi clauē. Ardentius appetitur quicquid est rarius. Nō possū uniuersa percurrere: quæ sanctorū presbyterorū litteræ cōprehendūt. de libellis illius aliquid proferā. Argumētatur cōtra signa atq; uirtutes: quæ in basilicis martyꝝ fiunt. & dicit eas incredulis prodesse: nō credentibus: q̄. si nūc hoc querat quibus fiant: & nō qua uirtute fiāt. Esto ergo signa sint infidelium: qui quoniā sermoni & doctrinæ credere noluerūt: signis adducant ad fidē: & dominus incredulis signa faciebat: & tamē nō iccirco domini sigillāda sūt signa. quia illi infideles erāt. Sed maiori admiratiōi erunt: quia tantæ fuere potentia: ut etiā mētes durissimas edomarent: & ad fidē cogerēt. Itaq; nolo mihi dicas signa infidelium sūt: sed responde quomō i uilissimo puluere & fauilla nescio quā: tāta sit signorū uirtutūq; presentia. Sētio sētio infœlecissimæ mortaliū qd' doleas: quid timeas. Spiritus iste imūdus qui hæc te cogit scriberē: sæpe hoc uilissimo tortus est puluere: imo hodieq; torquetur: & qui in te plagas dissimulat: in cæteris confitē. Nisi forte in morē gentiliū ipiorum: Porphyrii & Eunomii. has prestigias dæmonū esse cōsingas: & nō uere clamare dæmones: sed sua simulare tormenta. Do consiliū. Ingredere Basilicas martyꝝ & aliquando purgaberis. inuenies ibi multos socios tuos: & nequaquā cæreis martyꝝ qui tibi displicent: sed flāmis inuisibilibus cobureris: & tūc fateberis quod nūc negas: & tuū nomen qui in Vigilantiō loqueris: libere proclamabis te esse aut Mercuriū propter nūmorū cupiditatē: aut Nocturnū iuxta Plauti Amphitriōnē: quo dormiente in Alcmenæ adulterio: duas noctes Iupiter copulauit ut magnæ fortitudinis Hercules nasceret: aut certe liberū patrē pro ebrietate & cantharo ex humeris: depēdētē: & se per rubente facie: & spumantibus labiis effrenatisq; conuitiis. Vnde & in hac prouincia cū subitus terremotus noctis medio oēs de sono excitasset: tu prudentissimus & sapientissimus mortalium nudus orabas: & referebas nobis Adā & Euā de paradiso eiectos sic orasse. & illi quidē apertis oculis erubuerunt: nudos se esse cernentes: & uerenda texerunt arborū foliis: tu & tunica & fide nudus: subitoq; timore perterritus: & aliquid habens nocturnarū crapularū sanctorū oculis obscenam partē corporis ingerebas: ut tuā indicares prudentiā. Tales habet aduersarios ecclesia. Hi duces contra martyꝝ sanguinem dimicant. huiusmodi oratores contra apostolos pertonant. immo tam rabidi canes contra Christi latrant discipulos. Ego confiteor timorē meū: ne forsitan de superstitione descendat. Quando iratus fuero: et aliquid mali in meo aīo cogitauero: et me nocturnū fantasma deluserit: Basilicas martyꝝ intrare non audebo: ita totus: et corpore et aīo pertremisco. Rideas forsitan et mulierularū deliramenta subfannes. Non erubescō earū fidem: quæ primæ uiderunt dominū resurgentē: quæ mittuntur ad apostolos: quæ in mīe domini Saluatoris sanctis apostolis cōmendant. Tu ructato cū sæculi hoibus. ego ieiunabo cū scemīs: imo cū religiosis uiris: q; pudicitia uultu preferūt: et pallida iugū cōtinētia orantētes Christi ostēdūt uerecundiā. Videris mihi dolere et aliud: ne si inoluerit apud Gallos cōtinētia et sobrietas atq; ieiuniū: tabernæ tuæ lucra non habeant: et uigilias diaboli ac temulenta conuiuia tota nocte exercere non possis. Præterea iisdem ad me relatum est epistolis: q; contra auctoritatem apostoli Pauli: immo Petri: Ioannis: et Iacobi: qui dextrā dederunt Paulo et Barnabæ cōmunicationis et preceperunt eis: ut pauperum memores essent: tu prohibeas Hierosolimam in usus sanctorum aliqua sumptuum solatia dirigi. Videlicet si ad hoc respondero: statim latrabis meam me causam agere: qui tanta cūctos largirate donasti: ut nisi uenisses Hierosolimā

posant
pro

177

et
cō
uitam
ta cogit
nate ab
nia apert
Q uod d
lucra d
fuerim
mubere
Quasi H
dicit
Crep
gust
Dama

Hierosolyma: & tuas uel p̄onos tuorū pecunias effudisses: oēs periclitaremur fame. Ego hoc loquor: qd' beatus apostolus Paulus in cunctis pene epistolis suis loquitur: & precipit in ecclesiis gentiū per unā sabbati: hoc est in die dominico oēs cōferre debere. quā Hierosolymā in sanctorū solatia dirigant: & uel p̄ discipulos suos: uel quos ipsi pbauerint: & si dignum fuerit: ipse aut dirigat: aut perferat qd' collectum est. In actibus apostolorū loquens ad Felicē presidē: post annos ait plures elemosynas facturū in gentē meā ueni Hierosolymam: & oblationes & uota: in quibus inuenerunt me purificatū in tēplo. Nunquid in alia parte terrarum & iis ecclesiis quas nascentes fide sua erudiebat: quā ab aliis acceperat: diuidere nō poterat. Sed factis pauperibus dare cupiebat: qui suas pro christo facultatulas relinquentes: ad domini seruitutē tota mēte cōuersi sunt. Longū ē nūc si de cunctis epistolis eius oīa testimonia reuoluere uoluerō: in quibus hoc ait: & tota mēte festinat: ut Hierosolymā & ad sancta loca credētibus pecuniā dirigātur. nō i avaritiā: sed in refrigeriū. nō ad diuitias cōgregandas: sed ad imbecillitatē corpusculi sustentandā: & frigus atq; inediā declinandā. Hac in iudaea usq; hodie pseuerante cōsuetudine: nō solū apud nos: sed & apud hebræos: ut qui in lege domini meditant' die ac nocte: & patrē non habēt in terra: nisi solū deū synagoga: & totius orbis foueant ministeriis. ex æqtate dūtaxat: nō ut aliis refrigeriū: & aliis sit tribulatio: sed ut aliorū abūdantiā: aliorū sustentet iopiā. Respondebis hoc unūquēq; posse in priā sua facere. nec paupes defuturos: qui ecclesiā opibus sustentādū sint. Nec nos negamus cunctis pauperibus etiā iudæis & Samaritanis. si tanta sit largitas: stipes porrigendas. Sed apostolus faciendā quidē docet ad oēs elemosynā: sed maxime ad domesticos fidei. De quibus & saluator in euāgelio loquebat'. facite uobis amicos de mōna iniquitatis qui uos recipiāt in æterna tabernacula. Nunquid isti paupes iter quorū pannos & ingluuiem corporis flagrans libido dominatur: possūt habere æterna tabernacula: qui nec presentia possidēt nec futura. Nō enī simpliciter paupes: sed paupes spiritu beati appellant': de quibus scriptū est: Beatus qui intelligit sup̄ egenū & pauperē: in die mala liberabit eū dominus. In uulgi pauperibus sustentādīs: nequaquā intellectus: sed elemosyna opus est. In sanctis pauperibus beatitudo est intelligentiā: ut ei tribuat qui erubescit accipere: & cū accepit: dolet: metēs carnalia: & seminās spiritalia. Quod aut' asseris eos melius facere qui utant' rebus suis: & paulatī fructus possessionū suarū pauperibus diuidēt: q̄ illos qui possessionibus uenūdatis semel oīa largiant': nō a meis: sed a domino respondebit. Si uis esse p̄fectus: uade & uēde oīa quæ habes: & da pauperibus: & ueni sequere me. Ad eū loquitur qui uult esse p̄fectus: qui cū apostolis patrē nauiculā & rete dimittit. Iste quē tu laudas: secundus & tertius gradus est: quē & nos recipimus dū nō sciamus prima secundis & tertiis p̄ferēda. Nec a suo studio monachi deterrendi sunt a te linguis uiperis & morfu saxuissimo: de quibus argumētariis & dicis. Si oēs se clauerint & fuerint in solitudine: quis celebrabit ecclesias: quis sæcularēshomines lucrifaciet: quis peccātes ad uirtutes poterit cohortari. Hoc enī mō si oēs tecum fatui sint: sapiens quis esse poterit. Et uirginitas non erit approbanda. Si enim oēs uirgines fuerint: nuptiæ non erunt: interibit humanū genus: infantes in cunis nō uigilent: obstetrices absq; mercedibus mendicabunt: & grauissimo frigore solutus atq; contractus dormitantiū uigilabit in lectulo. Rara est uirtus: nec a pluribus appetitur. atq; unā hoc oēs essēt: quod pauci sunt: de quibus dicitur: multi uocati: pauci aut' electi. & uacui essent carceres. Monachus aut' nō doctoris sed plangentis habet officiū: qui uel se uel mundum lugeat: & domini pauidus prestoletur aduentū. qui sciens imbecillitatē suam & uas fragile quod portat: timet offendere ne impingat: corruat: atq; frangatur. Vnde & mulierū maximeq; adolescentularū uita aspectū: & in tantū castigatōis sui est: ut etiā quæ tutta sunt pertimescat: cur iniquis pergis ad heremū: uidelicet ut te nō audiā: nō uideā: ut tuo furore non mouear: ut tua bella non patiar: ne me capiat oculus meretricis: ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Respondebis hoc non est pugnare: sed fugere. Sta i acie: aduersariis armatus obsiste. ut postq̄ uiceris: coroneris. Fateor imbecillitatē meā. Nolo spe pugnare uictoriā: ne perdā aliquando uictoriā. si fugero: gladiū dimittā. si stetero: aut uincendū mihi est: aut cadendum. Quid aut' necesse est certa dimittere: & incerta sectari. Aut scuto aut pedibus mors uitanda est. Tu qui pugnās & superari potes: & uincere. Ego cū fugero. non uincar in eo q̄ fugio: sed ideo fugio: ne uincar. Nulla securitas est uicino serpente dormire potest fieri ut me non mordeat: tamen potest fieri ut aliquando me mordeat. Matres uocemus sorores & filias & non erubescimus uitiis nostris nomina pietatis obtendere. Quid facit monachus in cellulis sceminarum: quid sibi uolunt sola & priuata colloquia: & arbitros fugientes oculi. Sāctus amor impatientiam non habet. Quod de libidine diximus: referamus ad avaritiā: & ad oīa uitia quæ uitantur solitudine. Et iccirco urbium frequentias declinamus: ne facere compellamur: quæ nos non tam natura cogit facere: q̄ uoluntas. Hæc ut dixi sanctorū presbyterorū rogatu unius noctis lucubratione dictaui: festinante admodum fratre Sisinnio: & propter sanctorū refrigeria ægyptum ire properante: alioquin & ipsa materia apertā habuit blasphemiam: quæ indignationem magis scribentis q̄ testimoniorū multitudinem flagiraret. Quod si Dormitantiū in mea rursus maledicta uigilauerit: & codē ore blasfemo quo apostolos & martyres lacerat: de me quoq; putauerit detrahendū: nequaquā illi breui lucubratiūcula: sed tota nocte uigilabo: & sociis illius immo discipulis uel magistris: qui nisi tumentes uteros uiderint sceminarū: maritos earū Christi ministerio arbitrantur indignos.

Monachus.

Beati Hieronymi presbyteri ad Riparium presbyterum blasphemiam Vigilantiū de non uenerandis reliquiis detestantis. Epistola. XIII.

Acceptis primū litteris tuis nō respōdere supbia ē incaute id facere temeritatis. De his enī rebus interrogas: quæ & p̄ferre & audire sacrilegiū ē. Ais Vigilantiū qui καὶ τῶν ὑπὸ πῶτον hoc uocat nomine: nā Dormitantiū rectius dicere. Os fetidū rursus aperire: & putorem spurcissimum contra sanctorum